



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Disputatio IX. De Confessario ad Venerem incitante.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



malitia; tunc si sic ita rusticus, ut non tam ex malitia, quam ex aliqui ignorantia processisse videatur. Et ita uidi quendam adolecentem simplicem, qui annuati reclusionem in monasterium, & pena pecuniaria damnatus fuit, eo quod fingens se sacerdotem, alterius confessionem excepit, ut postea illum irriteret.

§. X.

De transmittentibus arma, equos, bellicaque tormenta hostibus nostrae religionis.

Inquisitoribus Hispania hoc crimen committentes subiciuntur, & poenis arbitrariae puniuntur.

Inquisitores Hispani de hoc crimine cognoscunt ob suspitionem haereticis. Videatur enim sic delinquentes fautores haereticorum esse; & ita in carceribus secretis recluduntur, dum eorum causa agitur. Illa conclusa, simul cum ordinario (quod semper intelligitur) pronuntiat sententia, quae regulariter in tribunali tantum pronuntiat, & non in actu publico nisi in aliquo casu grati, & extraordinario. Huius autem poena est; si viuis persona est, fustibus caedi sine minus exilio, & pecunia; in ea quantitate, qua equi, armaque valebant, & insuper omnia illa confiscantur, quod si iam fuerint transmissa, poena pecuniaria duplicatur. Et scio quendam religiosum ob hoc crimen ex consilio supremi Senatus condemnatum fuisse in sexcentis scutis, & in annua in suo conuentu reclusionem, & suspensionem incrementi ab officio; quam condemnationem adimpleuit; & pecuniam ex reditu sibi obuenturo duobus annis soluit. Antiquitus abutabant de leui, modo non est in vi.



DISPUTATIO IX.

De Confessario ad Venerem incitante.

**L**ACVIT pro complemento huius tractatus aliquando latius examinare, qua ratione Inquisitores de hoc crimine cognoscant, & quando alij reneantur sic delinquentes Inquisitoribus denunciare, & quibus poenis delinquentes affici debeant.

P V N C T V M I.

Quid in hac re à summis Pontificibus, & ab Inquisitoribus statutum sit.

1. Quid statuerit Pius IV.
2. Quid Clemens VIII.
3. Quid Gregorius XV.
4. Solicitudinis ad Venerem, non ad alia crimina in suprascriptis decretis cauetur.
5. In Bulla Pij IV. & Clementis VIII. sola sollicitatio mulieris cauetur. At in Bulla Gregorij cuiusque persona, siue facina sine vi.
6. Ex decreto Pij IV. & Clementis VIII. solus Confessarius & in confessione delinquens veni puniendus. At ex Gregorij decreto si ante, vel post confessionem immediate delinquat.
7. In decreto Pij IV. & Clementis VIII. nulla poenitentis imponitur obligatio denunciandi, praeter eam, quo iure inest. Sacra ex decreto Gregorij.
8. In Bulla Pij IV. & Clementis VIII. committitur haec cognitio priuatiue Inquisitoribus. At in Bulla Gregorij etiam ordinariis.
9. Bulla Gregorij in Hispaniarum regni non videtur recepta.
10. Inquisitores quid circa hoc crimine in suis edictis praecipiant.
11. Colligitur stricta obligatio in poenitente denunciandi Confessarium, & quam grauis crimen hoc sit.

**P**aramus de origine inquisitionis l. 3. q. 10. in fin. Cortolanus de casibus referuatis. part. 1. sect. 2. art. 22. f. 235. Ioan. Sanc. in suis sollicitis disputationibus. disp. 11. numero 18. referunt Bullas Pij IV. & Clementis VIII. de hac re in Bulla inquam; Pij IV. quae incipit, Venerabili fratri, Archiepiscopo Hispanensi. Hispaniarum haereticarum praesentis Inquisitori generali, quaeque sunt edita, & publicata die 16. Aprilis anno 1561. Solum erantur Inquisitori generali iurisdictione cognoscendi, & puniendi per se, vel per alios a se deputatos, delinquentes sacerdotes eam facultates, quam regulares regnorum Hispaniae, qui sacramento Poenitentiae in actu audiendi confessiones abutun-

tur; mulieres videlicet poenitentes ad actus inhonestos, dum eam audiunt confessiones, allicitando, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando. Super his autem (ait Pontifex) diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra haereticos, aut de haeresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam & renorem procedas.

2. Clemens verò VIII. vii inferitur in decreto supremi Senatus inquisitionis edito die 3. mensis Decembris, anno Domini 1592. solum statuit Inquisitorē generalem in Hispania procedere potest aduersus quoslibet presbyteros saeculares, & regulares in sacramento Poenitentiae, seu in actu confessionis sacramentalis, sollicitantes mulieres poenitentes ad impudicitiam, seu peccata carnis, sicut & in aliis causis ad sanctissimum inquisitionis officium pertinentibus, ut haecenus fecit, etiam priuatiue, quoad superiores regularium, cuius ordinis, & congregationis, citam mendicantium existant, ipsosque regulares non eximi ab onere deferendi, seu denunciandi huiusmodi delinquentes eidem sancto Officio, quemadmodum in aliis casibus, & causis sanctae inquisitionis, in quibus alij Christi fideles de iure tenentur.

3. At Gregorius XV. die 30. Augusti, anno 1622. & sui Pontificatus anno 2. constitutionem eisdem aduersus sollicitantes sacerdotēs, & primo refert, & confirmat Bullam Pij IV. nuper relata. Quae non solum in praedictis Hispaniarum regnis, sed in quibuslibet Christiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari praecipit, & mandat. Secundo, ne de poena his delinquentibus imponenda, & de modo procedendi ab aliquo dubitari possit, statuit, quod omnes, & singuli sacerdotes, tam exempti, quam non exempti, qui personas, quae cumque illae sint, ad inhonestas, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis confessionis, siue ante, vel post, intermediare, seu occasione, vel praetextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non sequuta; siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicito, & inhonesto sermone, siue tractatus habuerint in officio sanctae inquisitionis seuerissime puniantur. Tercio apponit modum cognoscendi de tali delicto, remitti enim eius cognitionem tam Inquisitoribus, quam locorum ordinariis, simul, vel separatis. At enim Pontifex: Omnes haereticarum prauitatis Inquisitores, & locorum ordinarios vniuersi orbis Christiani, in suis quemque diocesis, & territoris per has nostras litteras etiam priuatiue, quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo iudices delegamus, ut super his contra praedictos simul, vel separati in omnibus, prout in causis fidei iuxta sacrorum canonum formam, nec non officij inquisitionis constitutiones, &c. diligenter inquirant, & procedant. Quarto qui in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus euipales fuerint reperi pro crimini qualitate, & circumstantiis puniendi sunt, scilicet suspensione ab executione ordinis, priuatione beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuae, & passivae, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad terrena, carceris perpetui; nisi si pro delicti grauitate maiores poenas meruerint, debita praecedente degradatione curiae saeculari puniendi tradantur. Quinto, datur facultas venerabilibus fratribus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne dictum tam enorme, & Ecclesiae Dei ita perniciolum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficultas sit per oblationes, testibus etiam singularibus, concurrentibus, praesumptiuis, indicij, & aliis adminiculis delictum probatum esse ab initio suo iudicandi, & curiae saeculari, ut dictum est, reum tradendum esse pronuntiant. Sexto mandatur omnibus Confessariis, ut illos poenitentes, quos nouerint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut praefertur, tractantes. Inquisitoribus, seu locorum ordinariis praedictis, quod si hoc officium praetermiserint, vel poenitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, idem locorum ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpae punire non negligant.

4. Circa suprascripta decreta notandum est solum in illis praecaueri sollicitationem ad Venerem; non tamen ad alia crimina est grauiora sint; quia non est aequè periculum de illis, ac de sollicitatione ad Venerem.

5. Secundo aduertitur in Bulla Pij IV. & in decreto Clementis VIII. solum de sollicitatione mulieris habetur sermo. At in Bulla Gregorij XV. cuius sollicitatio praecauetur, ut constat ex illis verbis Qui personas, quae cumque illae sint, ad inhonestas, &c.

6. Tertio nota ex decreto Pij IV. & Clementis VIII. Sacros in confessione sollicitans veni abe puniendus. At ex decreto Gregorij siue in confessione, siue extra, vel post, & immedie siue in confessionario, seu loco confessionis deputato, siue alibi simul ans audire confessiones, & poenitentem sollicitans, aut cum eo inhoneste tractans, veni puniendus.

7. Quarto in decreto Pij IV. & Clementis VIII. nulla obligatio praeter eam, quae iure naturae inest, imponebatur poenitenti confessarium denunciandi. At in decreto Gregorij praepositum poenitentes teneri Confessarium sic sollicitantem denunciare



PUNCTUM II.

An Sacerdos feminam, vel virum ad nefandum congressum inducens, vel ad alios actus inhonestos, denunciandus sit Inquisitoribus.

- 1 Stante Bulla Gregorij clarum est esse denunciandum.
- 2 At attenda Bulla Pij IV. & Clementis VIII. aliqui censent non esse denunciandum.
- 3 Contrarium tenendum est.

NON loquor de obligatione naturali cuiuslibet fidei iusta denunciandi delinquentem, qui per correctionem fraternam non emendatur. Nam haec obligatio per regulas generales correctionis, & denuntiationis metienda est. Loquor, inquam, de obligatione denunciandi orta ex Bullis Pontificis, & ex edicto inquisitorum, cui excommunicatio est annexa. De hac igitur obligatione dicendum est in illis partibus, in quibus Bulla Gregorij recepta est, sacerdotem sollicitantem virum ad inhonestos actus denunciandum esse. Nam Gregorius non de feminis sollicitantibus loquutus est, sed de quocunque penitente: Ait enim, *Omnes, & singuli sacerdotes, qui personam, quacunque illa sint, ad inhonestam sollicitare, &c.* vbi noranter appositus, *personas, quacunque illa sint*, ut intelligeretur non solum feminas, sed viros comprehendere.

Difficultas autem est, an ex Bulla Pij IV. & Clementis VIII. Inquisitores Hispaniarum ius habeant cognoscendi de sollicitante viros in confessione, ad ipsosque sic sollicitos deferri debeat? Ratio dubitandi esse videtur, quia Pius IV. & Clemens VIII. solum de sollicitante feminas in suis decretis loquuti sunt, ut ex verbis supra relatis constat. Ergo non debet tale decretum extendi ad sollicitationem virorum. Nam licet hoc decretum videatur sacramento Penitentiae favorabile: at sacerdotibus est onerosum, cum illos tribunali inquisitionis puniendos subdat, cuius poenitentia ob infamiam, quam secum trahit, maxime grauis censetur. Et etiam locorum ordinarius odiosum, cum delinquentes à sua iurisdictione excludat, & Inquisitoribus puniendos tradat. Ergo non est ultra proprietatem verborum extendendum: privilegium namque derogans iuri alterius questio non extendendum est, sed potius limitandum *cap. ex tuarum de autoritate, & vbi palli, & cap. licet in corrigendis, de offic. ordinarj, l. 2. §. merito, & §. si quis, ff. ne quid in loco publico.* Unde in vniuersum praesumitur non esse mentem Principis ius tertij laedere. *l. nec, C. de emancipat. liberorum.* Ergo cum per huiusmodi privilegium Inquisitoribus concessum ordinarij laedantur in sua iurisdictione, non debet tale privilegium extendi. Et confirmatur: Si Inquisitores Hispaniarum priuatiue de sollicitantibus viros fecerit & feminas possunt cognoscere, quare in edictis solum de sollicitantibus feminas loquutus? Bene enim possent per verba generalia edicta promulgare, dicentes denunciandos esse sacerdotes, qui penitentes in confessione sollicitauerint, & sic tradit Fagundes de praecipis Ecclesiae, 2. p. lib. 4. c. 3. n. 31. post medium.

Nihilominus pro certo tenendum est Inquisitores Hispaniarum, ex vi supra dicti breuis Pij IV. & Clementis VIII. cognoscere posse de sollicitante feminas, & viros ad turpes actus tenerique ex mandato inquisitionis sic sollicitos denunciare sollicitantes ita Quaranta verbo *ordo, & verbo Confessor, in fine.* Ludou. Lopez 1. part. instructori c. 35. vers. at hic iam in fine Salzedo in pract. c. 82. vers. deponantur. Grassi 1. tom. consil. consil. 1. de cognat. spirit. in fine, à n. 45. Manuel Rodriguez tom. 1. regul. q. 50. art. 1. in fine, & tom. 2. q. 27. art. 3. Cortolan. de cast. reseruat. p. 1. sect. 4. à n. 22. fol. 236. Acuña de Confessione sollicitante, quaest. 6. à n. 6. & affirmat idem iudicasse Suarez consultum, Ioan. Sanchez disp. 11. sect. 11. n. 12.

Ratio praecipua conclusionis est, quia finis praecipuus constitutionum in fauorem est sacramento Penitentiae, ut scilicet purius, & honestius, & maiori cum fructu animarum tractetur, ut constat ex decretis supra allegatis, quibus abusus sacramento Penitentiae, & illius iniuria per sacerdotes sollicitantes facta coerceri procuratur. Quando autem alicuius constitutionis finis praecipuus favorabilis est, etiam si alterius poenam, & grauiorem redderet, extendenda est constitutio, & non limitanda, praecipue quando odium à fauore distingui nequit, ut in praesenti contingit, in quo non potest distingui fauor factus sacramento Penitentiae, ut Inquisitores de sacerdotibus sollicitantibus viros in confessione cognoscant, quin in grauiorem, & poenam sollicitantis redderet, & diminutionem iurisdictionis ordinarij concessit hanc doctrinam optime probat Thomas Sanchez, lib. 1. de matrim. disp. 1. n. 4. ex glossa in c. si propter, de rescriptis, in c. verbo primi anni. vbi illam constitutionem referentem fructus vacaturae Episcopo mortuo appellat favorabilem, quia principiter edita est in fauorem Episcopi, ut debita persoluat, quamuis in eorum damnum, quibus obuenire debebat, redderet, & tenet ibi Dominicus. n. 9. & Francus n. 9. Couarr. 1. var. c. 11. num. 5. Mandosius reg. 10. de annali, q. 3. n. 7. Flaminio de rescriptis. l. 4. n. 10. f. 10.

triae, & insuper mandatur omnibus Confessariis, ut eos de tali obligatione moneant.

Quinto in Bulla Pij IV. & in decreto Clementis, solum committitur cognitio huius delicti Inquisitori generali Hispaniarum, & ab eo deputatis. At in decreto Gregorij omnibus Inquisitoribus totius orbis Christiani, & locorum ordinariis, facultas datur cognoscendi.

Hinc orta est difficultas, an Bulla Gregorij Hispaniarum sacerdotibus liget, tum quia in Hispaniis non est publicata, tum quia non videtur recepta?

Et quidem non esse in Hispania publicatam, in causa esse non potest, quominus obliget. Sufficit enim Romae publicatam esse, vel post sex menses Hispanos liget, iuxta dicta in materia de legibus. Quod vero ab Inquisitoribus Hispaniae recepta non sit, mihi maxime probatur: ita enim mihi reuoluit Doctores. Hieronymus Vincenzi Inquisitor Caesar Augustanus, vir pius, & doctus, & atheniensis inquisitionis satis versatus. Cum enim in Bulla Gregorij Inquisitores locorum ordinarij aequales fiant, nolunt hanc Bullam recipere, quae illis in hac parte derogat iurisdictioni concessa Pio IV. & Clemente VIII. ut ipsi soli de hoc crimine cognoscant. Item si haec Bulla esset in Hispania recepta, in edictis, quae ab Inquisitore generali in quolibet tribunali quotannis leguntur, illius notitia daretur, praecipue apponeretur clausula, *ita intelligerent sacerdotes simulantes audire confessiones, & de penitentes sollicitantes puniendos esse.* Deinde haec Bulla Gregorij parum, vel nihil iurisdictionem inquisitorum extendebat: nam iam ipsi Hispaniarum Inquisitores à paritate rationis iurisdictionem sibi concessam à Pio IV. contra sollicitantes feminas, etiam ad viros sollicitatos extendebant, ut dicimus, & ex alia parte eorum iurisdictione limitatur, quatenus ordinarij locorum committitur aequè, ac illis. Ergo non est mirum, si renuant illam recipere. Denique non leuis est difficultas, qua ratione sacerdotes simulans audire confessiones, & penitentes sollicitantes, debeat à penitente denunciari? Nam vel penitens simulationi illius cooperatur, vel non? Si focus est simulationis, nullo modo obligari potest denunciare sacerdotem, qui obligaretur denunciare seipsum: quod si ipse penitens simulationi non cooperatur, sed Sacerdos fingens se paratam confessionem audire, penitentem bona fide accedentem sollicitat, iam hic Sacerdos in confessione, seu proxime ad illam censetur sollicitare, de quo callo Hispaniarum Inquisitores cognoscunt, & penitentes obligati sunt denunciare Confessarium sic sollicitantem.

Inquisitores autem Hispaniarum pro executione iurisdictionis à Pio IV. & Clemente VIII. sibi concessae quotannis edicta euulgant, in quibus sub excommunicationis poena ipso facto incurrendae, mandatur cuiuslibet scienti tale crimen, ut ad inquisitionis tribunal deferat, ibi: *Si fabricis, & auiis oido dezir, qui aliquid Confessor, & Confessores clericos, & religiosos, de qualiquier estado, & conditione que sean en el ato de la confesion, & proximate à ella ayen sollicitado à sus hyos de confesion, prouocando las con echos, & palabras para octos torpes, y deshonestos; & inferius circa finem edicti dicitur: So pena de excomunion mayor lata sententia trina canonica monit one preuilla, mandamos à todos, y qualquier de vos, que si supierdes, & vvierdes echo, visto, & oido dezir que alguna persona aya echo, dicho, tenido, & afirmado alguna cosa de las arriba declaradas, & otra qualquiera que sea contra nuestra santa fee catholica, y lo que tiene, predica, y ensena nuestra santa madre Iglesia de Roma, asi de viuos presentes & ausentes, como de difuntos, sin comunicarlo con persona alguna (por que assi conuenie) vengaais, y parecais ante nos personalmente, & ante nuestro comisario à dezirlo, y manifestarlo, dentro de seys dias primeros siguientes despues que esta nuestra carta fuere leyda, y publicada, & como della supierdes en qualquier manera. Insuper mandatur Confessariis, ne poenitentes sic obligatos denunciare absoluant à peccatis, quin prius denuntiationem faciant, ibi, *Mandamos, & prohibimos so la dicha pena à todos, y qualquier Confessores, clericos, & religiosos, que no absueluan à persona alguna, que corra de lo dicho echo culpada, & no vbiere dicho, y manifestado en el nuestro Oficio, lo que dello supiere, & vbiere oido dezir, antes de traerla ante nos, &c.**

Ex quo decreto satis colligitur, quam stricta obligatio sit in poenitente Confessarij sic sollicitantem denunciandi, & quam efficaciter Ecclesia intendat huic crimini remedium adhibere. Est enim hoc crimen nimis execrandum contra sacramentum poenitentiam, cuiusque institutionem, Sacramentum namque institutum est in remedium, & medicinam peccatorum, reconciliationem cum Deo, & reparationem gratiae deperdere. Quid igitur iniquius loco medicinae venenum propinat, & loco reconciliationis nouam iniuriam inferre, & loco gratiae reparandae nouam occasionem perditionis accumulare? Quae omnia optime appropiat Pius IV. Clemens VIII. & Gregor. XV. in suis decretis.

DE INQUISITIO-  
NE ALIQUORUM  
TOM. II.



nessej, lib. 12. q. 2. n. 23. Ioan. Salas de legib. tract. 14. disp. 21. sect. 4. n. 20. Cum ergo constitutio de sollicitantibus feminas loquatur, & favorabilis sit sacramento, ad viros sollicitatos extendenda est. Et confirmo. lex privilegium, & qualibet alia dispositio extendenda est ad causam, ubi est eadem, & maior ratio secundum facis probabilem sententiam, ut optime probat Rebellen 1. lib. de obligat. inst. q. 6. sect. 4. alii relatis Salas de legib. tract. 14. sect. 5. à num. 11. Ioan. Sanchez disp. 11. sect. 2. n. 12. qui varios casus in confirmationem huius principij adducunt. Cum ergo huiusmodi constitutio maiori ratione procedat in sollicitantibus viros, quam feminas, cum delictum grauius sit, & eisdem rationis, efficitur sane esse ad huiusmodi crimen extendendam. Neque obstat bulla, & edita Inquisitorum tantummodo loqui de sollicitantibus feminas. Nam feminae exempli gratia appositae fuerunt, legesque attendunt ad ea, quae frequentius contingunt, eaque prohibent nominati in l. nam ad ea. ff. de legib. & per hanc patet responsio ad rationem dubitandi in contrarium adductam.

## PUNCTUM III.

An Confessarius sollicitans feminam, vel virum ad actus, solum venialiter inhonestos, denunciandus sit sub graui culpa.

1 Affirmant aliqui.

- 2 Venialia peccata contra castitatem non sunt mortalia, tametsi in sacramento fiant.
- 3 Non obligatur sub graui culpa sic sollicitantem denunciare, quando constat penitentem de animo confessarij.
- 4 Satis est contraria rationi.

1 Ioan. Sanch. disp. 11. sect. 2. n. 22. cum Serephino à Freytag quaest. 7. num. 33. affirmat. Mouetur, quia tangere manum, vel mamillas feminae, digitos intorquere, vellicare in genere castitatis, peccata venialia sunt, quando ob solam delectationem absque viceriorum fine, vel periculo pollutionis habentur, ut aliis allegatis docet Thom. Sanch. lib. 9. de matrim. disp. 45. n. 1. 16. Salas 1. 2. tom. 2. q. 64. tract. 13. disp. 6. sect. 20. n. 146. et sect. 21. n. 149. Freytag 7. n. 28. At si haec fiant in confessione ante, vel post immediatam, peccata mortalia sunt contra religionem ob indecentiam sacramento factam, sicut intra genus temperantiae leue peccatum esset modicum cibi sumere, et in ratione sacrilegij grauissimum esse, si illo sumpto ad Eucharistiam accederes.

2 Verum non caret difficultate haec doctrina. Nam ex iure naturali, & diuino peccata de se venialia in materia castitatis, eo quod fiant in sacramento Penitentiae, non redduntur mortalia contra religionem: aliis quodlibet peccatum veniale in materia iustitiae, humilitatis, & patientiae, factum in sacramento Penitentiae esset mortale sacrilegium, quod nemo concedit: cum reque iure naturali & diuino omnia prohibeantur. Restat ergo ut ex iure positivo haec prohibitio oriatur. At ex supradictis decretis Pij IV. Clementis VIII. & Gregorij XV. non fit aliqua specialis prohibitio de peccatis venialibus, sed solum prohibetur id quod de se malum, & inhonestum est; imò quia malum, & inhonestum est, idem prohibetur. Ergo si solum est malum, & inhonestum in ratione peccati venialis, in ratione peccati venialis prohibetur ob religionem. Sicut cum prohibetur quilibet leuis percussio sub graui culpa, si leuis sit; quia haec omnia prohibentur, quia mala sunt, & consequenter eo modo quo mala sunt, eo modo ob reuerentiam sacramento prohibentur. Adde, ex supradictis decretis Pontificum nequaquam colligi potest eos interdixisse, veniale contra castitatem, fieri mortale contra religionem; imò potius contrarium non leuiter colligitur. Nam in Bulla Pij IV. dicitur sacerdotes denunciandos esse, qui mulieres penitentes ad actus inhonestos prouocant, & loco reconciliationis cum Deo grauiori peccatorum mole onerant, & in manibus diaboli tradunt. Quae verba necessario respiciunt actus inhonestos, qui peccata mortalia sunt: nam per venialia nec traduntur in manibus diaboli, nec grauiori mole onerantur. Clemens verò VIII. nihil aliud fecit, quam renouare supradictum decretum. Gregor. verò XV. in sua constitutione vocauit impium hoc, ac nefarium scelus, & illud facientem infernale, veneficum, & proditorem execrabilem, quae cum inductione ad peccatum veniale nequaquam videntur coherere.

3 Propter haec non improbabile videri potest, si sacerdos penitentem tractibus aliis honestis tangat, qui ex circumstantiis solum peccata venialia fiant, & ipse penitens intelligat sacerdotem nullo modo habere animum viceriorum progrediendi, neque penitens periculum consentiendi in graue crimen, non committit peccatum mortale contra religionem; sicut neque contra castitatem, neque fore denunciandum sub graui culpa. Verum si ex circumstantiis colligeretur animus sacerdotis viceriorum progrediendi, censenda esset talis sollicitatio grauis, quia sufficienter praesumit penitens ad graue crimen sacerdotem voluisse ipsam

inducere.

4 Ad rationem in contrarium respondeo, illa quae secundum se peccata sunt venialia, vel nulla peccata, posse fieri peccata mortalia in materia religionis: ut in exemplo adducto, de cibo sumpto ante Eucharistiam. Sed hoc est quando non prohibetur qua ratione in se mala sunt, sed solum ob reuerentiam factis debitam. Ac quando solum prohibentur, qua ratione mala sunt ne fiant in sacramento, sequuntur naturam, quam habent. Unde si peccata venialia sunt in ratione iustitiae, vel castitatis, peccata venialia sunt in materia religionis: si verò mortalia, peccata mortalia sunt in materia religionis.

## PUNCTUM IV.

An si penitenti tribus in confessione chartam postea legendam, in qua ad Venerem chartas, censuris sollicitator in confessione, ac proinde denunciandus, & puniendus.

- 1 Placet alicui sic esse affirmandum.
- 2 Proponuntur rationes in contrarium.
- 3 Videtur ob illas pars negans probabilis.

1 Videntur absolute affirmandum, quia traditio illa chartae est incepta sollicitatio, & negati non potest per illam iniuriam fieri sacramento: si quidem tempore quo monendus erat penitens de mutatione vitae in melius, instrumentum tradatur ei, quo fauetur. sic Ioan. Sanch. disp. 11. sect. 2. n. 31.

2 Sed obstat primo, quia talis chartae traditio est solum causa sollicitationis, non vero sollicitatio. Non enim tunc quando traditur charta, mouetur penitens ad malum, ut suppono. Ergo tunc non sollicitatur: sollicitatio namque est inductio, & motio voluntatis alienae: cum autem non mouatur penitens voluntas in confessione, sed extra, quando scilicet legit chartam offertur in confessione non fuisse factam sollicitationem, ac proinde non fore ex obligatione denunciandum. Confirmo, ut Sacerdos subiciatur poenis contentis in Bullis aduersus sollicitantes, requiritur ut delictum sollicitationis, in ratione sollicitationis completum: sicut requiritur homicidium completum, ut irregularitas homicidij contrahatur, & percussio clerici, ut excommunicatio liget, neque sufficit causam dedisse his delictis. Cum igitur in traditione chartae non fit sollicitatio completa, imò neque sollicitatio, non erit Sacerdos sic peccans denunciandus, & puniendus ex rigore decreti inquisitionis.

Secundo finis praecipue intentus in Bullis aduersus sollicitantes non procedit in hoc casu. Finis enim est, ne penitentes loco reconciliationis grauioribus peccatis onerentur & loco medicinae venenum eis propinetur. At in supradicto casu cessat hic finis, cum absolute per confessionem penitens cum Deo reconciliatur, & medicina, & non venenum ei propinetur cui reconciliationi, & medicinae charta tradita non obstat. Et explicio hoc exemplo. Si enim chartam anatoriam tribueres penitenti dandam alteri personae legendam, quamque velles prouocare ad malum, quis diceret te venenum in confessione huic penitenti propinasse, cum ipse ignarus sit, quid charta continet, neque obinde impeditur ad reconciliationem cum Deo: Ergo similiter dicendum videtur, quando charta traditur penitenti legenda ab ipso, quia vique dum legit non propinat illi venenum. Item talis actio prout est facta in confessione indifferens omnino est in foro externo, neque ab alio quam a tradente malitia eius cognoscitur. Ergo non venit denuncianda. Solum enim actus, quae mala apparent in sacramento, quaeque penitentem in sacramento maculare possent, denuntiari debent.

3 Haec rationes probabilem videntur reddere partem negantem, talem scilicet traditionem chartae non esse sollicitationem comprehensam in Bullis, si charta non immediate post susceptum sacramentum legatur, sed transacta iam tempore. Verum quia hoc delictum grauissimum, & perniciosissimum est, praecaveri debet, & coerceri omnis occasio illud committendi.

## PUNCTUM V.

Explicantur aliqui casus, in quibus dubium est, an interueniat sollicitatio comprehensa in Bullis.

- 1 Si feminam incites, ut alium in copulam admittat, denunciandus es.
- 2 Si sollicitus, ut mediet, esto probabile aliquibus videntur non fore denunciandum ex decreto Clementis. At probabilis sensus oppositum.
- 3 Si femina sollicitus ad Venerem, & tu renuas contentum tractibus, aliqui existimant te esse denunciandum.
- 4 Verius sensus oppositum.

Primo.



Primus est, si in alterius gratiam fiat sollicitatio, v.g. si fecerintam intigres, vt alium in copulam admittat. Et quide in hoc casu confendum est esse sollicitationem comprehensam in Bullis, cum vero penitentem ad turpes actus inducat, per accidensque est, sine tecum exercendi, vel cum alio. Ita docet Ioan. Sanchez *disp. 1. n. 43.* cum *Acunea quæst. 17. n. 5.* Sanchez *disp. 1. n. 43.* cum *Acunea quæst. 17. n. 5.* Sanchez *disp. 1. n. 43.* cum *Acunea quæst. 17. n. 5.*

Secundus ex, si feminam sollicitet, non quidem tibi, neque alteri copulandam, sed vt mediet, & intercedat, vt alia fornicationem consentiat. Et quidem vbi decretum Gregorij XV. receptum est, omnino affirmandum est, esse sollicitationem ibi prohibitam, & denunciandam. At enim Paganus, *de denuntiandis esse sacerdotibus, qui ad inhonestas, & sine inter se sunt cum a se perpetranda sollicitauerint.* Itemque qui cum penitentibus illicitis & inhonestis sermones, sine tractatus habuerint. Venit ex constitutione Pij IV. & Clementis VIII. & ex decreto Inquisitorum exilimata *Acunea q. 17. n. 8.* & Freytag *n. 4.* probabile esse non esse sollicitationem ibi comprehensam, neque talem Confessarium sic sollicitantem denunciandum inquisitioni, quia hæc sollicitatio cum non sit ad exequendum carnis huiusmodi cum penitente, non videtur in Bullis prohibita. Mihi tamen videtur probabilius & esse sollicitationem ibi comprehensam, & esse denunciandam Nam ex supradictis Bullis, & ex edicto Inquisitorum mandatur denunciari sacerdotes, qui *penitentes ad actus inhonestos prouocant, seu illiciti.* Qui autem prouocat penitentem, vt mediet, absolute prouocat ad actus inhonestos illa enim mediatio actus inhonestus est, & cuiusmodi species cum criminis perpetrando. Item tota ratio prohibendi sollicitationem penitentis factam prouocet in præsentem, quia veniens propinquet Confessarius, cui debet auridormitatis propinare, & loco reconciliationis grauem peccati mortem imponat, fernerque limpidissimo lutum admisceat. Ergo cum hoc decretum sit in fauorem sacramentum Penitentiam, non limitandum est, sed potius extendendum, vt diximus.

Tertius casus est, si feminam te sollicitet ad congressum, tu vero reatus incendens solum tactibus oblectari, & ad illos solum feminam prouocet, denunciandus ne sit? Ioan. Sanchez *disp. 1. n. 28. in fine.* exilimatur te denunciandum; quia tam à copula quam ab osculis, & tactibus auertere poterat feminam, ergo cum ad actus prouocet, male facit. Et confirmat, si enim feminam te prouocaret ad sodomiticum congressum, tu vero reatus ad naturalem incitaret, omnino est dubium denunciandum fore, quia talis prouocatio mala est. Esto enim licitum sit minus malum alteri consuleret, vt maius vitetur, quando alia via vitari non potest. At cum quilibet in se ipso vitare possit maius malum sine effectione minoris, nullo modo licet minus effecere. Non enim licet feminæ inducere ad nefandum congressum offerre vas naturale, vt præpositum tenet, quia talis oblatio intracte mala est, sic in præsentem non licet tibi inducere ad congressum solum tactibus oblectari, & ad illos penitentem inducere. Ergo vt is denunciandus.

Verum mihi se offert contrarium dicendum. Fateor namque si feminam prouocet Confessarius ad Sodomiam, imple vero ad naturalem congressum incitaret, vel eorum, fore Confessarium denunciandum; qui absolute Confessarius inductor est ad malum ad quod non est à penitente prouocatus. At quando solum tenet congressum, volens se tactibus tantum oblectari, non confertur Confessarius sollicitare ad malum, sed sollicitationi factæ à feminam consentire. Feminam enim inducens ad congressum, tacite, & in viuitate inducit ad oscula & tactus, vt potest præta ad illum; eaque de causa manifestato congressu in confessione nulla est obligatio confitendi tactus, & oscula, vel tactus in materia de confessione. Ergo Confessarius studens solum tactus, remansit veteris prosequi, non persuadet feminam, ad congressum sollicitantem, aliquid malum ad quod ipsa non inducitur, imò si bene perpendatur, solum persuadet feminam, vt contenta sit sollicitatione ad tactus, & oscula, neque vitæ velit procedere. Deinde ipse Ioan. Sanc. *illa disp. 1. n. 4.* affirmat, si adiuuicem fiat sollicitatio, à feminam primò, à confessario deinde, ita vt mutuo se pelliceant ad turpis actus complementum, non fore denunciandum confessarium, quia illa non est prouocatio ex parte confessarij, sed in prouocationem factam consentiente, & illam continuare. idemque docet *Acunea q. 1. n. 1.* sed quando confessarius prouocatus ad congressum persuadet solum tactus, & oscula, in dimidiatam prouocationem consentit. Ergo non venit denunciandus.

PUNCTVM VI.

An sola sollicitatio ad Venerem sit denuncianda Inquisitoribus.

- 1 Proprius dubitandi ratio, ob quam probabile est omnem prauam sollicitationem denunciandam esse
2 Probabilis est hæc obligatio imponendam non esse penitentibus.

- 3 In usu aliorum sacramentorum sollicitatio ad Venerem non venit Inquisitoribus necessariò denuncianda.
4 Venit tamen sic delinquens denunciandus superiori, vt illum corrigat.

Ratio dubitandi est, quia idea hæc denuntiantur, quia sic sollicitantes de heresi suspecti, præbent enim fundamentum saltem leue, vt de illis suspicio formetur, non bene de sacramentis sentite. Sed hæc ratio æque procedit, si ad furtum, vel homicidium, vel aliud quoduis maleficium inducant; imò maior malicia videtur adesse in inductione ad hæc peccata, quam in inductione ad luxuriam, cum inductio ad luxuriam magis ex passione procedat quam ex malitia.

Propter hanc rationem exilimatur Pagnan *directi inquisiti. 2. p. comm. 8. 1. vers. sic ille quoque;* Inquisitoribus subici sic penitente ad quælibet peccata sollicitantes.

Verum est probabiliter dici posset ob facultatem generalem Inquisitoribus datam cognoscendi de heresi suspectis, posse cognoscere de his sollicitantibus, si deferantur. At credo nullo modo teneri penitentes sic confessarium sollicitantem Inquisitoribus denuntiare, quia nullibi cautum est talem denuntiationem esse faciendam, neque in breuius Pontificum, neque in edictis Inquisitorum; omnia enim hoc solum de sollicitantibus ad actus inhonestos loquuntur; quia ob fragilitatem naturæ frequentius hæc sollicitatio contingere poterat, & maius in ea periculum consentienti; & ita docet Ledelm *de marimon. q. 56. art. 2. §. 2. non est idem.* Param *2. quæst. 10. n. 12. & 12.* *Acunea quæst. 9. n. 3.* & Ioan. Sanchez *disp. 1. n. 23.*

Neque item sollicitatio ad Venerem in aliorum sacramentorum denuncianda necessariò venit Inquisitoribus; quia nullibi de huiusmodi delicto specialiter cautum est denunciationem fieri: ita *Acunea q. 19. numero 6.* Freytag *num. 10.* Ioan. Sanchez *disp. 1. n. 42.*

Aduerto tamen sollicitantem ad Venerem in usu aliorum sacramentorum, vel in confessione ad aliquod maleficium, fore denunciandum suo superiori, vt illum corrigat, & emendet, & iniuriam sacramenti cauet, seruatis tamen conditionibus requisitis in denuntiatione faciendâ, de quibus in materia correctionis statemur, & denuntiationis iudicialis.

PUNCTVM VII.

Quæ sollicitatio censenda sit facta, ante, vel post, immediatè ad confessionem, vt denunciari debeat Inquisitoribus.

- 1 Ex decreto Clem. non constat denunciandum Inquisitoribus esse Confessarium, ante, vel post confessionem delinquentem. At ex edicto Inquisitorum constat.
2 Quid si ante, vel post immediatè ad confessionem sollicitaret.
3 Ante confessionem sollicitat Confessarius, tamen si confessio non sequatur.
4 Intelligi debet, dum modo femina vellet statim confiteri.
5 Non est sollicitatio ante confessionem denuncianda, si illo tempore neque femina, nec sacerdos de confessione faciendâ statim cogitarunt, tamen si de facto confessio sequatur.
6 Sed quid si feminam volentem confiteri dissuadeas confessionem, animo incitandi postea ad libidinem? Si animum non manifestas, non est sollicitatio denuncianda, secus si animum manifestas.
7 Proponitur quædam obiectio.
8 Fit illi factus.

EX decreto Pij IV. & Clem. VIII. non constat expressis verbis sollicitationem factam ante, vel post confessionem esse denunciandam; eaque de causa motus est Sagundez *de præceptis Ecclesie. 2. p. 1. cap. 3. num. 31.* affirmare nullam esse obligationem denunciandi, nisi sollicitatio in ipso actu confessionis fiat, hoc est post signum crucis, & ante absolutionem. At ex constitutione Gregor. XV. & ex edicto Inquisitorum constat fore denunciandum.

Illam ergo dicitur sollicitatio ante, vel post confessionem immediatè, quando inter sollicitationem, & confessionem nihil aliud mediat, ita vt, neque confessarius, neque femina ad extraneos actus diuertit. Ita Ioan. Sanchez *disp. 1. n. 49.* cum Freytag *quæst. 5. n. 20.* Param *lib. 3. quæst. 10. n. 47.* Vnde si absolutione impensa aliquis illorum ad extraneum actum diuertit, & sic diuersus, vel feminam diuersam statim sollicitauerit, non dicendus est incontinenti sollicitari sic Ioan. Sanchez *suprà cum Egidio de privileg. honest. artic. 1. n. 19.*

Vt verò ante confessionem sollicitare dicatur confessarius, nullo modo requiritur confessionem ipsam sequi: sufficit enim, si feminam accedentem confiteri persuadear Venerem & confessionem dissuadeat, quia tunc confessarius laqueum parat, vbi à laqueis penitentem liberare debebat. Quapropter Gregor. XV. in sua constitutione appositur pueniendū esse sollicitantem occasione confessionis

DE INQUISITIONE SACRAMENTORUM



ne confessionis, etiam ipsa confessione non sequitur.

4 Hoc tamen intelligendum est (vt bene supradictus Sanchez aduertit) quando femina uellet statim confiteri: nam si diceret confessario se uelle in crastinum confiteri, & tunc occasione huius dicti confessarii confessionem distulderet, & de ueneris traaher, talis sollicitatio non est proxima confessioni faciendae; sed solum est proxima conuentioni de confessione, ac proinde non delinquit in confessione, nec proximè ad illam, & sic non est denunciandus. Alias si diceret femina se uelle transacto anno confiteri, & sacerdos confessionem distulderet, & de ueneris traaheret, peccaret aduersus bullas latas contra sollicitantes; quod nullus dicit.

5 Item non est sollicitatio proximè ad confessionem, quando tempore sollicitationis, neque femina, neque sacerdos de confessione faciendae cogitant, etiam si immediatè sequatur confessio, quia talis confessio ortum habet ex eo quod femina de delicto dolorem concepit, uultque citò à peccato liberari per confessionem, cui uoluntati satis erit (ait Sanchez) contentire. Ego tamen existimo cautè procedi debere, ne sacramentum Penitentiae absque uero dolore fiat. Quare ministrandum non esset, nisi signa satis aperta doloris ostenderet.

6 Difficultas in hac parte non leuis est, an si feminae dicenti se uelle statim confiteri confessionem distulderet, si animus sufficiens alliciendi ad impudicos actus, talis distulatio censetur sollicitatio in confessione? Et quidem si animus non manifestatur feminae, certum est non esse sollicitationem: si animus sufficiens feminae manifestatur, taliter quod ipsa possit intelligere distulsiorem confessioni oriri ex animo ad Venerem alliciendi, est tunc cum illa tractes, existimat Ioan. Sanchez *disp. 11. num. 4. 2.* esse ueram sollicitationem denunciandam, quia illa distulatio sic declarata est uera inductio, & promotio ad peccatum; si enim distulsiorem confessionem dices feminae re illius amore esse capti, idè què uolle eam confiteri, uere sollicitares. Ergo similiter sollicitas, si alius signis talem animum declarat.

7 Sed obiicies. Distulatio confessionis etiam ex prauo animo non potest esse sollicitatio exterior, nisi quatenus talis animus declaratur: at huiusmodi declaratio est per signa quasi indifferentia; & non clara, & manifesta; colligit enim, v.g. femina prauum affectum Confessarij, ex eo quod aspectu blando, & alacri eam alloquatur, & nullam causam negandae confessionis præbeat, quæ signa satis non demonstrent prauum affectum. Ergo talis distulatio confessionis, & consula animi praua manifestatio, non est uera sollicitatio, ac proinde nec denuncianda; sicut non est uera hæresis denuncianda; quæ per uerba sufficienter expressa mens non fit, neque casus reuerentus, qui in opus exterius non transit manifestè.

8 Respondeo, etsi alicui probabile posset uideri Confessarium distulsiorem feminae confessionem, & manifestantem prauum animum per uerba, uel signa alioquin honesta, seu indifferentia, quorum determinatio ad malum non ex illis præcisè, sed ex alijs adiunctis à femina colligatur, non fore denunciandum, mihi dicendum uidetur esse denunciandum. Nam etsi alius illa uerba uel signa quasi indifferentia sint à femina hic, & nunc indifferentia non sunt, sed determinata ad malum, & expressa satis prauæ uoluntatis. Confessarij, Ergo saltem respectu feminae constituunt sollicitationem exteriorem, cum ab illa cognita sint ut talia, Ergo est peccatum exteriis consummatum, & denunciandum.

## PUNCTUM VIII.

An sollicitatio facta simulando confessionem denuncianda sit.

- 1 Qualiter simulatio confessionis in presenti contingere potest.
- 2 Si uterque in simulatione conuenit, Confessarius & penitens, nemini incumbit obligatio denunciandi.
- 3 Grauius peccant aduersus religionem sic impenitentia loquentes.
- 4 Si penitens accedat animo tractandi alia negotia, & ad Venerem incitetur à Confessario, est obligatio in penitente denunciandi iuxta constitutionem Gregorij.
- 5 At ex decreto Pij IV. & Clement. VIII. cessat obligatio.

1 Non uoco simulatam confessionem eam, quæ quis accedit absque uero dolore peccatorum, uolens tantum sua peccata sacramentaliter confiteri, quia talis confessio uera confessio est, ut diximus in materia de penitentia. Quapropter si feminam sic accedentem sollicitares, absque dubio denunciandus es, & puniendus: ita relato Acuña *q. 14. n. 10.* docet Ioan. Sanchez *disp. 11. n. 41.*

Simulatio igitur confessionis dupliciter solum potest contingere. Primò, si uterque tam penitens, quam Sacerdos, ut liberius de rebus inhonestis tractent, simulat confessionem. Secundo, si penitens non animo confitendi, sed alia negotia tractandi accedat ad Confessarium, cum tamen ab ijs qui uidentur intelligatur ad confessionem accedere; tunc, inquam, simulatur confessio.

2 Dico ergo primò, si uterque in simulatione confessionis conuenierit, ut liberius de rebus inhonestis tractent, nemini incumbit obligatio denunciandi, non Sacerdoti, ut de se constat, neque penitenti, alias esset obligatus denunciare se ipsum. Neque hæc sollicitatio est propria Sacerdoti, potius quam penitenti, sed est mutua sollicitatio, ac proinde in sollicitationem sibi factam uterque consentit.

3 Aduertendum tamen est utrumque tam Confessarium quam penitentem grauius non solum aduersis temperantiam, sed etiam aduersus religionem debitam Penitentiae sacramentum peccare in tali allocutione lasciuia. Nam sacramentum Penitentiae debita est illa exterior reuerentia, & caeremonia, ut scilicet penitentes flexis genibus, detecto capite, & supplex ad pedes Confessarij accedat pro consequenda uenia peccatorum, qui ergo hanc caeremoniam inhonestè locutioni arrogat, & sacramentum ipsum iure suo spoliatur, & grauius lædit, cum sub habitu sacramenti, & illius prætextu scelus nefarium committat, sic Ioan. Sanchez *in select. disp. 35. n. 5.*

4 Dico secundo, si penitens bono animo accedat alia negotia à confessione tractaturus, Sacerdos uero occasione arrepta ad Venerem inducat, tunc obligatio est in penitente sollicitatio denunciandi Sacerdotem, iuxta constitutionem Greg. XV. inquit enim: Qui per personas, quæcumque illæ sint, ad inhonestam suam inter se; siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis confessionis, siue ante, uel post, immediatè, seu occasione, uel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non sequuta, siue extra occasionem confessionis, in confessionario, aut in loco quocumque ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessiones audiendas delicto, simulantes ibid. confessiones audire, sollicitare, uel promouere tractauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, uel tractatus habuerint, in officio sanctæ Inquisitionis seuuissimè puniantur. Cum igitur in presenti Sacerdos simulat audire confessiones, ut suppono, eo quod sit in loco illis audiendis delicto, & penitens alias negotia tractaturus flexis genibus assistat, uel alio modo quo uidentes intelligant confessionem fieri, & tunc sollicitat, absque dubio committit in constitutione Greg. ac proinde denunciandus, & ita tradit Ioan. Sanc. *disp. 11. n. 40. 66. & 68.*

Aduertendum tamen est optimè posse Sacerdotem cum femina de rebus inhonestis in confessionario tractare, quin simulatio illa sit confessionis audiendae, & tunc denunciandus non est, quia non querit sollicitatio in confessionario facta cauetur illo decreto Greg. sed sollicitatio, quæ simulatione confessionis trahat, ut constat ex illis uerbis, *simulantes ibidem confessiones audire.*

5 Dico tertio, ubi Bulla Greg. recepta non est, non tenentur supradicta femina sollicitata Sacerdotem Inquisitionibus denunciare, quia talis sollicitatio non est facta in confessione, cum hæc non interueniat, neque proximè ad illam faciendam cum femina nullam (ut suppono) uoluntate confitendi sacerdoti declarauerit. Ex decreto autem Pij IV. Clem. VIII. & ex edito Inquisitionum solum prohibetur, & denuncianda mandatur sollicitatio facta in confessione, uel proximè ad illam; & ita docet Acuña de sollicitat. *q. 14. n. 6.* id colligens ex Suar. *tom. 4. de penitent. disp. 33. sect. 2. n. 4.* Elmig. *summ. lib. 6. c. 2. n. 4.* Ioan. Sanc. *supra n. 40.*

## PUNCTUM IX.

Qui nomine confessarij, seu sacerdotis sollicitantis ueniant intelligendi ex supradictis decretis.

- 1 Sacerdos tametsi iurisdictione careat intelligitur.
- 2 Episcopi, Nuntij, officiales, seu legati Apostolica non sunt Inquisitionibus denunciandi.
- 3 Inquisitores Hispani an sint denunciandi, & cui sub distinctione responderetur.
- 4 Possunt tamen Inquisitores recipere dicta restium, ut Præfatum uel Inquisitionem generalem de delicto denunciari certiore m faciant.
- 5 Laici fingentes se sacerdotes, & confessionem excipiantes, sollicitent, non sunt ex hoc decreto denunciandi.
- 6 Item, neque est denunciandus interpretes.
- 7 Neque penitentem si confessarium sollicitet, tenetur confessarius ex vi bullarum denunciare.

1 Certum esse debet sacerdotem iurisdictione ad audiendas confessiones carentem, si exponatur illas audire, & penitentem sollicitat, fore denunciandū quia absolute censetur confessarius, cum potestatem ordinis habeat, & possit à peccatis uenialibus, & mortalibus confessis absolueret, & ab omnibus in articulo mortis. Alias posset quilibet sacerdos sollicitans ammone aut fuisse sollicitare penitentem, eo quod iurisdictionem non haberet ad absoluentem à peccatis, quæ sibi erat concessa, quod esset eludere decreta Inquisitionis, & constitutiones Pontificum



Quando cesset obligatio denuntiandi Sacerdotem hoc crimen sollicitationis committentem.

- 1 Cessat, si Sacerdos emendatus sit, neque periculum sit recidendi.
- 2 Cessat, si correctioe fraterna emendandus speratur, & spes debet esse certa.
- 3 Alij excusant, quoties Sacerdos de hoc delicto infamatus non est. Non admittitur excusatio.
- 4 Deinde excusant alij a denuntiatione sfacionda Inquisitoribus, si Episcopo denunties. Non approbatur in Hispania.
- 5 Item excusant, si secreti scueris sollicitationem. Sed non probatur excusatio.

**D**E hac dubitatione satis dictum est in disp. de correctioe fraterne denuntiationi praemittenda, & ex ibi dictis satis constat. Primo ergo cessat obligatio denuntiandi, si Sacerdos emendatus praesumatur, neque periculum sit recidendi; cum decreta Pontificum in hoc delicto non tantum punitionem de iurisdictione Sacerdotis, quam reuerentiam sacramenti attendunt, ideoque diximus esse decreta fauorabilia, & amplianda, non restringenda. Hoc tamen intelligendum est, quando ex mandato Inquisitorum aliud non constat, nisi enim ad punitionem delicti commissi, & in aliorum exemplum, & coercionem impetare possent. ut delicta iam emendata sibi manifestentur: tunc enim scientes obligati essent manifestare, si delictum laboraret infamia, vel aliquo modo publicum esset, alias minime.

Secundo videtur dicendum cessare obligationem denuntiationis, si correctioe fraterna integre emendandus ipse, aut quia ex iure naturali tenemur reuerentiam sacramenti prouideat, & non nisi damno proximo fieri possit, sic alius relatis docet in casu praecedenti, Fagundes de 5. praep. 2. part. 1. cap. 3. n. 1. Ratio tamen exitimo hanc emendationem hac correctione secreta imitari posse, ac proinde ratio cessare obligationem.

Tertio excusat Fagundes ab hac denuntiatione faciendae, quoties Sacerdos aliquo modo de rati delicto infamatus non est, quia Bulla Clementis VIII. perit Sacerdotem esse infamatum. Inquit enim, de quomodolibet infamatus, & quia denuntiatione praecipua sub excommunicatione regulatur, non obligat de delictis occultis, & quae probati non possunt, excepto crimine heresis, ne denuntiator reputetur. Cenedo collect. 20. n. 3. Hentiq. de excommunicat. l. 3. c. 18. n. 3. Nauait. c. 25. m. 46. Sotus de regendo secreto. n. 31. q. 1. concl. 4. Verum haec excusatio mihi non probatur: tum quia ratio formata sollicitate tenebitur denuntiationem facere, si quidem hoc crimen secretissime committitur, neque alius a sollicito illud solet cognoscere, neque infamationem contingere nisi cum delictum denuntiatum est. Tum quia haec denuntiatione ad praecauendum delictum, & impediendam irreuerentiam sacramenti ordinatur: in quo casu non est necessarium delictum publicum esse, praecipue cum nullus adit timor, ut denuntiator pro calumniatore habeatur: siquidem non induit personam accusatoris, sed delatoris, & testis, ut latius in tract. de correct. p. vlt. diximus. Neque obstant verba Clementis, mandari enim denuntiare quilibet Sacerdotem de hoc crimine quomodolibet infamatum, id est, infamatum apud sollicitam personam: nam aduerbium illud, quomodolibet, restringit infamam, ut non accipiat in rigorosa sua significatione. Item dici potest hunc quomodolibet infamatum praecipue esse denuntiatum.

Quarto excusat Fagundes ab obligatione denuntiandi Inquisitoribus, si Episcopo denunties, sentit enim supra dict. Doctor Clement. 8. non abtulisse ab ordinariis facultatem de hoc crimine cognoscendi, sed eam simul tradidisse Inquisitoribus, Ergo non arctatis ad tribunal inquisitionis recurrere, sed poteris ad ordinarij tribunal accedere, quo tribumali denuntiationem acceptante cessat tibi obligatio ad inquisitionem recurrendi.

Ceterum neque haec excusatio mihi probatur. Exitimo namque Clemente VIII. ab ordinariis abtulisse cognitionem huius criminis, & priuatiue concessisse Inquisitoribus. Tum quia nunquam ordinarij in Hispania de hoc crimine cognoscunt, sed solum Inquisitores. Consuetudo autem est optima legi interpretes. Item constitutio Gregor. XV. de hac materia loquens ideo ab Inquisitoribus Hispaniae recepta non est, quia & quae ipsi, & ordinariis concessit facultatem procedendi in hoc crimine. Tum denique quia Inquisitores cum de hoc crimine iudicant, ordinarium vocant, & simul cum illo causam decidunt, sicuti in causis fidei. Ergo signum est neque ordinarium sine Inquisitoribus, neque Inquisitores sine ordinario posse in hac causa in Hispania procedere, ac proinde Inquisitoribus, & non ordinario denuntiatio est faciendae, quia formare processum ipsis independenter ab ordinario competet.

Quinto excusat Fagundes ab obligatione denuntiationis si sub secreto naturali scueris sollicitationem, quia huiusmodi secretum non vergit in detrimentum proximi, & ex alia parte obligatio illius est de iure naturali, denuntiatio de iure tantum positio;

de ita relato Acunea quaest. 14. n. 5. Freytag num. 13. docet Ioan. Sanch. disp. 11. num. 38. Et quidem iuxta constitutionem Gregor. potest esse dubium talem sacerdotem comprehendendi, cum hic sacerdos simul et se audire confessiones, & sic simulans ad Penitentem inciter penitentem.

Quod si confessarius sollicitans sit Episcopus, non est a feminis sollicitata Inquisitoribus denunciandus, quia Episcopus Inquisitoribus non est subiectus, ex. c. Inquisitores. de heretic. in 6. Trident. sess. 24. c. 5. de reform. Si enim in delicto heresis Inquisitoribus non subduntur, a fortiori neque in delicto suspitionis heresis habent. Nomine Episcopi Inquisitoribus non subditi comprehenduntur Episcopi titulares, quia vere sunt Episcopi: ita Lualaba de Mol. tom. 6. de iust. tract. 5. disp. 28. n. 19. Acunea quaest. 12. num. 7. Ioan. Sanch. disp. 11. num. 33. Comprehenduntur etiam Episcopi electi, & a sede Apostolica approbati, etiam si consecrati non sunt, ita Mol. supra, quod si solum sint electi, Inquisitoribus subduntur, ac proinde sicut quilibet alius sacerdos debet denunciari, ita Acunea q. 11. num. 13. Freytag num. 31. Ioan. Sanchez num. 35. Molin. num. 20. Deinde Nuntij, seu Legati Sedis Apostolicae, alique eiusdem sedis ministri, & officiales non sunt denunciandi Inquisitoribus, aut ordinariis, quia non subduntur Inquisitoribus, aut ordinariis in illo etiam grauissimo delicto, constat ex extrinis, cum Martibus. de heretic. & tradit Lualaba. Molin. tract. 5. de iust. disp. 28. n. 20. Farinas. de heretic. q. 136. Decian. tom. 1. crimin. l. 5. c. 23. num. 10. Ioan. Sanchez. disp. 11. num. 33. Vocantur delegati Sedis Apostolicae, seu ministri, & officiales ipsius, qui nomine Sedis Apostolicae ad negotium Sedis Apostolicae pertinent tractandum mittuntur. Non autem illi, qui ad causas particulares inter alios iudicandas, ac dirimendas quoties a Sede Apostolica mittuntur: hi enim non negotium Sedis Apostolicae sed personarum particularium, auctoritate tamen Sedis Apostolicae agunt, ita Molin. tract. 5. disp. 28. num. 20.

Sed quid dicendum, si aliquis ex Inquisitoribus Hispaniae formam in confessione sollicitauerit, est ne tribunali denuntiandus, vel ordinario?

Respondeo nullo modo tribunali, vel Episcopo esse denuntiandum, si vera est sententia Eymetic. lib. 3. direct. inquisit. q. 30. & cu eo Pegna schol. 79. dicens hos annunciatos esse inter delegatos Sedis Apostolicae, cuiusque officiales. Quod si vera est sententia Simanc. tit. 25. dicens hos esse subdelegatos, ac commissarios, Inquisitoris generalis, tunc denuntiandi fore non quidem Episcopo, neque alteri Inquisitori quia eis non subditur, sed supremo sentatur vel Inquisitori generali, cui omnes subduntur, ita Molin. supra.

Aduertendum tamen est, et si Episcopi, & Inquisitores denunciandi non sunt, vel corrigantur, vel puniantur ab aliis Inquisitoribus, possunt tamen Inquisitores, (si denuntiatione sit) depositiones teliu accipere sedi Apostolicae, vel generali Inquisitori remittendas: ita relato Simanc. docet Mol. tract. 4. de iust. disp. 28. num. 19. Ioan. Sanch. disp. 11. n. 35. Acunea q. 12. num. 9. 10.

Latici fingentes se sacerdotes, & confessiones expientes si sollicitent, non veniunt denunciandi ex supra dictis decretis, quia solum loquuntur de sacerdotibus, non de illis, qui se sacerdotes fingunt, qui que confessarij proprie non sunt, neque confessio illis facta est sacramentalis, neque obligationem sigilli proprie inducit, ita Acunea quaest. 13. n. 5. Ioan. Sanch. disp. 11. n. 36. Veru etiam si laici sollicitantes denuntiandi non sint ex bulla lata aduersus sollicitantes. At ex constitutione Gregor. XIII. lata aduersus eos, qui se sacerdotes simulant, & sub tali simulatione confessiones excipiant, denunciandi sunt. Requiritur tamen, ut non solum confessiones ambierint, sed etiam absolutionem impenderint, ut bene notat Acunea quaest. 13. n. 17. Ioan. Sanch. disp. 11. n. 36. Idemque in edicto Inquisitorum dicitur denunciandum esse illi, qui cum sacris iuramentis non sit, aliquid sacramentum administrat. Non autem censetur sacramentum Penitentiae administrasse, quousque absolutionem impenderit.

Interpres quicumque sit, etiam si sit sacerdos, si penitentem in confessione sollicitet, denunt. andus non est, ex tenore bullarum, quia absolutio non est confessarius, sed potius ex parte penitentis se tenet, ita Ioan. Sanch. disp. 11. n. 10. 37. et sic contra tenet Seraphin Freytag in addition. ad Acuneam q. 15. num. 37.

Penitens quicumque sit, si confessarium sollicitet, nullo modo a confessario est sub obligatione Bullarum, & decreti Inquisitorum denunciandus, quia haec non aduersus penitentes, sed aduersus confessarios penitentes, sollicitantes lata sunt, ut ex ipsis aperte constat, ita Acunea quaest. 9. n. 35. 6. Ioan. Sanch. disp. 11. n. 24.

DE  
SISTRO  
ALAC  
TON.



tio, & humano. Ergo fortius vinculum iuris naturalis prevailere debet minus forti. At neque hanc excusatio mihi placet, quia secretum servare non debes, quoties cedit eius observatio in damnum contrarie. Sed non demerere sollicitantem non emendatum vergit in damnum sacramenti Penitentiae & illuc accedendum, quibus venenum loco medicinae paratur. Ergo non tenentis illud observare ut latius diximus p. 14. de correct.

## PUNCTVM XI.

Quibus poenis, & qua ratione Inquisitores in hoc crimine procedant.

- 1 Quomodo reus duobus testibus testificatus sit, non recluditur in carcerem.
- 2 Causa conclusa vocantur consultores Ecclesiastici, ut eorum consilio proferatur sententia, & qua forma profertur.
- 3 Si ante testificationem reus se desert, non recluditur, & facta graui reprehensione dimittitur.
- 4 Quid si reus neget, dum ex duobus testibus eius delictum probatum.

**Q**uomodo reus duobus testibus, vel tribus testificatus sit, non recluditur in carcerem, quia cum hi testes singulares sint, & regulariter praesumptio fiet pro Sacerdote, requiritur probatio efficacior, quam in aliis delictis. Quapropter in Hispania non solent particulares Inquisitores sine consilio supremi Senatus aliquem specialiter religiosum in carcerem secretum detinere. Si autem persona testificans non sint satis qualificata, propria domus, vel ciuitas assignatur reo pro carcere: interim tamen quo agitur causa, prohibetur delinquens à Missae celebratione, administrationeque sacramentorum, & praedicatione.

2 Causa conclusa vocantur consultores Ecclesiastici tantum, & eorum consilio Inquisitor, & ordinarius proferunt sententiam, illamque reo denuntiant in tribunali secreto. Nam licet Didac. Caneza in *quæst. de heretic. n. 95. fol. 426.* sentiat in publico actu fidei legi debere, tricesimus sic delinquentem esse condemnandum, eius sententia in praxi non est recepta, & me-

rito, ne plures sumpta inde occasione à receptione sacramentorum abstinere, neque haerent, qui sic penitentiam detestantur, Confessores irrideant. Legitur ergo sententia secreto tribunali praesentibus duobus cuiusvis ordinis religiosi Confessoribus, ibique grauius reprehensus aburat de leui, & ab audiendis confessionibus, & praedicatione, verbis Dei perpetuo priuatur, si casus grauis sit, hoc est, si plures sollicitauerit, sollicitationis effectum esse consequutus: si autem casus ita grauis non est, aliquibus annis priuatur ab excipiendis virorum confessionibus, & in perpetuum mulierum, & vno, vel duobus annis in aliquod monasterium recluditur, quod si religiosus sit, praecipitur, ut in choro, & refectorio, aliisque locis communibus vitam sedem habeat, voce actiua, & passiuam interim priuatur. Et aliquoties hanc sententiam iterum per secretarium in suo contentu, praesentibus omnibus religiosi legitur, ut illis in exemplum sit, & delinquenti in confusionem. Quod si sollicitatio ad plures personas se extendit, & cum illis turpitudines graues commisit, ab omnibus religiosi post lectam sententiam flagellatur. Adde me vultu aliquos ob hoc crimine relegatos, & vitibus addictos, maxime cum sollicitatio virorum fuit. In qua sollicitatione, si actus consummatus fuit, in Atagonia regno, curiae seculari delinquens traditur, quia ibidem ex speciali breui Sedis Apostolicae Inquisitores de hoc crimine cognoscunt.

3 Si autem delinquens ante duorum testium depositionem se Inquisitoribus detulit, in carcerem secretum non recluditur, sed lite contestata, & causa conclusa, ut dictum est, aburat de leui, & ab audiendis confessionibus priuatur, neque alia poena ei imponuntur. Et hoc procedit, etiam si plures sollicitauerit, quod si semel tantum sollicitauerit, & ante vltimus testis depositionem se detulit, grauius reprehenditur, neque vltra punitur. Et idem fit in casu, quo sollicitatae personae examinatae negant sollicitationem sibi factam esse.

4 Verum si reus negat delictum duobus testibus singularibus sibi probatum, Inquisitores inuestigent diligenter qualitatem testium, & animaduertant, an aliquibus indicis verosimilibus suas depositiones comprobent, & si sic reperierint, etiam si reus neget, dummodo ob inimicitiam testes non repellat, illum damnet, ut aburat de leui, & ab audiendis confessionibus abstinere. Nunquam tamen torturae reum subiciant, quia hoc crimine poena corporali regulariter non subicitur, ideoque pro eruenda veritate quaestionari non debet.

